

**Bijlage VWO**

**2024**

tijdvak 1

**Latijnse taal en cultuur**

Tekstboekje

## Tekst 1

---

*Het begin van Hannibals militaire loopbaan; zijn persoonlijkheid.*

1 Missus Hannibal in Hispaniam primo statim adventu omnem exercitum  
2 in se convertit; Hamilcarem iuvenem redditum sibi veteres milites credere;  
3 eundem vigorem in voltu vimque in oculis, habitum oris lineamentaque  
4 intueri. Dein brevi effecit ut pater in se minimum momentum ad favorem  
5 conciliandum esset. Nunquam ingenium idem ad res diversissimas,  
6 parendum atque imperandum, habilius fuit. Itaque haud facile discerneres  
7 utrum imperatori an exercitui carior esset; neque Hasdrubal alium  
8 quemquam praeficere malle ubi quid fortiter ac strenue agendum esset,  
9 neque milites alio duce plus confidere aut audere. Plurimum audaciae ad  
10 pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat. Nullo  
11 labore aut corpus fatigari aut animus vinci poterat. Caloris ac frigoris  
12 patientia par; cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate modus  
13 finitus; vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora; id  
14 quod gerendis rebus superesset quieti datum; ea neque molli strato  
15 neque silentio accersita; multi saepe militari sagulo opertum humi  
16 iacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt. Vestitus nihil  
17 inter aequales excellens: arma atque equi conspiciebantur. Equitum  
18 peditumque idem longe primus erat; princeps in proelium ibat, ultimus  
19 conserto proelio excedebat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia  
20 aequabant, inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri,  
21 nihil sancti, nullus deum metus, nullum ius iurandum, nulla religio. Cum  
22 hac indole virtutum atque vitiorum triennio sub Hasdrubale imperatore  
23 meruit, nulla re quae agenda videndaque magno futuro duci esset  
24 praetermissa.

*Livius, Ab Urbe Condita 21.4.1-10*

## Tekst 2


---

*Hannibal in conflict met bergbewoners.*

1 Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montanos,  
2 populum. Ibi non bello aperto sed suis artibus, fraude et insidiis, est  
3 prope circumventus. Magno natu principes castellorum oratores ad  
4 Poenum veniunt, alienis malis, utili exemplo, doctos memorantes  
5 amicitiam malle quam vim experiri Poenorum; itaque oboedienter  
6 imperata facturos; commeatum itinerisque duces et ad fidem promissorum  
7 obsides acciperet. Hannibal nec temere credendum nec † asperandos †  
8 ⟨ratus⟩, ne repudiati aperte hostes fierent, benigne cum respondisset,  
9 obsidibus quos dabant acceptis et commeatu quem in viam ipsi detulerant  
10 usus, nequaquam ut inter pacatos composito agmine duces eorum  
11 sequitur. Primum agmen elephanti et equites erant; ipse post cum robore  
12 peditum circumspectans sollicitus omnia incedebat. Ubi in angustiorem  
13 viam et ex parte altera subiectam iugo insuper imminentि ventum est,  
14 undique ex insidiis barbari a fronte ab tergo coorti, comminus eminus  
15 petunt, saxa ingentia in agmen devolvunt. Maxima ab tergo vis hominum  
16 urgebat. In eos versa peditum acies haud dubium fecit quin, nisi firmata  
17 extrema agminis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. Tunc  
18 quoque ad extremum periculi ac prope perniciem ventum est; nam dum  
19 cunctatur Hannibal demittere agmen in angustias, quia non, ut ipse  
20 equitibus praesidio erat, ita peditibus quicquam ab tergo auxilii reliquerat,  
21 occursantes per obliqua montani interrupto medio agmine viam insedere,  
22 noxque una Hannibali sine equitibus atque impedimentis acta est.  
23 Postero die iam segnius intercursantibus barbaris iunctae copiae  
24 saltusque haud sine clade, maiore tamen iumentorum quam hominum  
25 pernicie, superatus.

*Livius, Ab Urbe Condita 21.34-35.1*

## Afbeelding 1



Legenda:

- [Dotted Pattern] Romeins gebied en veroveringen (241-218 v. Chr.)
- [Cross-hatch] Carthaags gebied
- [Solid Black] Griekse gebieden

Het westelijk Middellandse Zeegebied tijdens de Tweede Punische Oorlog.

## Tekst 3

---

### *De verkiezing van Scipio.*

1 Maesta itaque civitas prope inops consilii comitiorum die tamen in  
2 campum descendit; atque in magistratus versi circumspectant ora  
3 principum aliorum alios intuentium fremuntque adeo perditas res  
4 desperatumque de re publica esse ut nemo audeat in Hispaniam imperium  
5 accipere, cum subito P. Cornelius <Publi filius eius> qui in Hispania  
6 ceciderat, [filius] quattuor et viginti ferme annos natus, professus se  
7 petere, in superiore unde conspici posset loco constitit. In quem  
8 postquam omnium ora conversa sunt, clamore ac favore ominati extemplo  
9 sunt felix faustumque imperium. Iussi deinde inire suffragium ad unum  
10 omnes non centuriae modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse  
11 in Hispania iusserunt. Ceterum post rem actam ut iam resederat impetus  
12 animorum ardorque, silentium subito ortum et tacita cogitatio quidnam  
13 egissent; nonne favor plus valuisset quam ratio. Aetatis maxime  
14 paenitebat; quidam fortunam etiam domus horrebant nomenque ex  
15 funestis duabus familiis in eas provincias ubi inter sepulcra patris  
16 patruique res gerendae essent proficiscentis.

17 Quam ubi ab re tanto impetu acta sollicitudinem curamque hominum  
18 animadvertisit, advocata contione ita de aetate sua imperioque mandato et  
19 bello quod gerendum esset magno elatoque animo disseruit, ut ardorem  
20 eum qui resederat excitaret rursus novaretque et impleret homines  
21 certioris spei quam quantam fides promissi humani aut ratio ex fiducia  
22 rerum subicere solet.

*Livius, Ab Urbe Condita 26.18.6-19.2*

## Tekst 4

---

*In de onderstaande tekst raakt de Romeinse consul P. Sempronius verwikkeld in een gevecht met Hannibal in de buurt van de plaats Croton in Zuid-Italië, in het woongebied van het volk van de Bruttiers. De consul lijdt aanvankelijk een nederlaag, maar de volgende dag kan hij de hulp van proconsul P. Licinius en diens leger inschakelen.*

1 P. Sempronius consul, cui Bruttii provincia erat, in agro Crotoniensi cum  
2 Hannibale in ipso itinere tumultuario proelio conflixit. Agminibus magis  
3 quam acie pugnatum est. Romani pulsi, et tumultu verius quam pugna  
4 ad mille et ducenti de exercitu consulis interfecti. In castra trepide  
5 reditum, neque oppugnare tamen ea hostes ausi. Ceterum silentio  
6 proximae noctis profectus inde, consul (praemisso nuntio ad P. Licinum  
7 proconsulem ut suas legiones admoveret) copias coniunxit. Ita duo duces,  
8 duo exercitus ad Hannibalem redierunt. Nec mora dimicandi facta, cum  
9 consuli duplicatae vires, Poeno recens victoria animos faceret. In primam  
10 aciem suas legiones Sempronius induxit; in subsidiis locatae P. Licini  
11 legiones. Consul principio pugnae aedem Fortunae Primigeniae vovit si eo  
12 die hostes fudisset; en die wens is voor hem vervuld: de Carthagiers zijn  
13 verdreven en verjaagd.

*Livius, Ab Urbe Condita 29.36.4-9*

## Aantekeningen

- regel 1    **Bruttii** het woongebied van de Bruttiërs - *onderwerp van erat*  
             **provincia** bestuursgebied - *Predicatief vertalen.*  
             **ager Crotoniensis** de streek rond Croton
- regel 2    **in ipso itinere** precies terwijl ze aan het marcheren waren  
**tumultuarius** onverwacht  
**agmen** colonne (*de opstelling bij het marcheren*)  
**acies** gevechtsopstelling
- regel 3    **pugnatum est** er werd gevochten  
**pulsi** *Vul aan:* **sunt**  
**tumultu verius** eigenlijk meer in een onoverzichtelijke chaos
- regel 4    **ad** bijna  
**mille et ducenti** *Vul aan:* soldaten  
**interfecti** *Vul aan:* **sunt**
- regel 5    **reditum** ze gingen terug  
**neque tamen** maar niet  
**ea** Hiermee wordt verwezen naar **castra** (regel 4).  
**ausi** *Vul aan:* **sunt**  
**ceterum** vervolgens
- regel 6    **proximus** volgend  
**inde** namelijk uit het legerkamp
- regel 8    **Nec mora dimicandi facta** Er werd niet getreuzeld om met  
             de strijd te beginnen
- regel 9    **duplicatae vires** (*nominativus*) het feit dat de troepenmacht  
             verdubbeld was  
**animos facere** veel zelfvertrouwen geven
- regel 10    **in subsidiis locare** in reserve houden  
**locatae** *Vul aan:* **sunt**
- regel 11    **Fortuna Primigenia** Fortuna Primigenia (*de godin van het  
levenslange succes*)
- regel 12    **fundere, fudi** verdrijven